

DISSERTATIO VIGESIMA QUARTA  
DE  
ADOLPHO NASSOVIO ET ALBERTO  
AVSTRIACO.  
RESPONDENTE  
CHRISTOPHORO FIERER  
NORICO.

§. I. Adolphi Nassouii parentes & mores. §. II. Adolphus eligitur Rex Germania. §. III. Adolphi gesta in Alsatia. §. IV. Adolphi gesta in Thuringia. §. V. Negotium cum Gallis. §. VI. Moguntinus & quidam Electores Prage contra Adolphum conspirant. §. VII. Idem factum in solenni conuentu Viennensi. Adolphus deponitur. §. VIII. Depositionis cause. §. IX. Prælium cum Alberto & mors Adolphi. §. X. Constitutiones Adolphi. §. XI. Vxor & liberi. §. XII. Alberti Austriaci noua electio & coronatio. §. XIII. Corporis habitus & mores Alberti. §. XIV. Bellum Bauaricum & Vngaricum, Turegam obsidet. §. XV. B. cum Archiepiscopo Salisburgensi. §. XVI. Alberti pactum cum Philippo Pulcro, Rege Gallorum. §. XVII. Comitatus Noriberge a. 1298. celebrata. Elisabetha regina coronatur. Controuersia inter Episcopum Eychstadiensem & VVormatiensem componitur Rudolphus fit Dux Austria. Comitatus Francofurtensia 1299. §. XVIII. B. de Holandia Imperio vindicanda. Albertus telonia ad Rhenum vindicare conatur. §. XIX. Negotia Alberti cum Bohemis. §. XX. Negotium cum Papa, qui ipse Gallie regnum adiudicat. §. XXI. Negotia cum Friderico admorso, Marchione Misnensi. §. XXII. Initium fæderis Heluetici. §. XXIII. Mors Alberti. §. XXIV. Vxor & liberi.

§. I.



Adolphi successor erat Adolphus Nassouius, Walrabi, Nassouia Comitis filius; Henrici diuitis, qui stirpis erat profator, nepos, ex Adelheida Catimellenbocensi \* natus, atque patri suo in Comitatu anno 1289. successit. Princeps magnanimus dicitur, & magni consilii, iuuenis quidem ætate, sed senex moribus. \*\* Miles strenuus, staturæ mediocris, agilis, amabilis, sciens Gallicum, Latinum & Germanicum sermonem. \*\*\* Exigui tamen erat census atque patrimonii. \*\*\*\*

\* Henningius quidem p. II. secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia p. 376. patrem vocat Adolphum, Comitem Nassouiensem, matrem Annam, filiam Friderici, Noribergensis Burggrauii. Ast, hytræus Saxonia p. 186. eum vocat Walramum. 10. Textor Nassauischer Chronic c. VII. p. 69. Walrabum. Matrem Historia Australis ad a. 1292. vocat sororem Eberhardi, Comitis de Catzenellenbogen.

\*\* Verba sunt Magni Chronici Belgici p. 423. Adsentitur Lehmann lib. V. c. CXVIII.

\*\*\* Hæc sunt verba Annalium Colmarienium ad a. 1292. H. Stero ad a. 1293. Adolphus Rex imperauit apud Teutonicos annis sex. Hic fuit ante Comes in Nassawe, & electus fuit in Franckenfurt vnanimiter ab omnibus Principibus in Maio mense. Hic fuit vir strenuus in armis sed potentia non multum.

D d d d

\*\*\*\* Di-